

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

14. An si per plures dies quis omittat votum levis materiæ, v. g. Orationem Dominicam, vel dare parvam eleemosynam, peccet mortaliter? Sed difficultas est in cognoscendo, quando vovens censemur ...
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

# De Voto, & Iuramento, &c. Resol. XIV. &c. 53

paruam eleemosynam, deuenisti ad materiam grauem, teneris illam restituere. Sic Tannerus in 2.2. disp. 5. d. p. 3. n. 50. Ioan. de la Cruz, Villalobos, & omnes DD. supera citati. Sed circa praesentem quæstionem vide etiam Vasquez in p. 2. disp. 146. c. 2. Azorius i. e. lib. 11. c. 5. q. 3. Suarez de Relig. 2. lib. 5. c. 5. n. 10. & alios penes ipsos, & nos infra.

## RESOL. XIV.

An si per plures dies quis omittat votum leuis materia, v.g. Orationem Dominicam, vel dare parvam eleemosynam peccet mortaliter? Sed difficultas est in cognoscendo, quando vovens censetur annexare obligationem ad diem, & quando non. Ex quo inferitur, an obligatio facta pro die uno prorogatur in sequentem? Ex p. 5. tr. 5. Ref. 53.

§. 1. Dicitur Sanchez in summa, to. 1. lib. 1. c. 4. n. 14. & ait, si votu haec quotidie recitandi modicum, aut modice eleemosyna ergo quod quotidie sint in honorem dei, & temporis, tunc non est mortale, etiam si vota haec semper violenter. At si non sint in diei honorem, sed tantum dies prefurgatur ut terminus, ne ultra illum executio voti differatur, tunc licet singulis diebus sit omisso venialis tanquam rei modice omisso: at dum notabile orationis, aut eleemosynæ omislorum qualitatem attingit, erit mortale. Ratio est, quia in priori calu singulorum dierum lapu extinguitur obligatio pro illis diebus, ac proinde materia illæ voti modice omislae continuari nequeat. At in posteriori obligatio materia modice omisla non extinguitur, sed semper transit in aliud, & alium diem, donec votum impleatur; quare materia illæ omisla tanquam adhuc debite continetur, ac proinde cum materia omisla magna evaserit, erit culpa lethalis.

2. Sed difficultas est in cognoscendo, quando vovens censetur annexare obligationem ad diem, & quando non. Et Castrus Palauus t. 1. str. 2. disp. 2. punt. 9. §. 4. n. 9. respondet, quod quoties aliquod motiuum in singulis diebus reluet, quale soler relietur in recitando quotidie Calculo virginico, nullo modo censetur vovens in diem sequentem protogare obligationem, & in votis personalibus ita temper est intelligentium, dum aliud non constat, vi bene dixit Sotus lib. 7. de Inst. q. 2. arr. 1. col. 4. vers. conclusio ergo. Aragon. 2. 2. 1. 88. arr. 3. paulo post princ. concil. 3. quapropter Suarez lib. 5. de voto, c. 5. n. 12 & 13. & alibi aape, dicit raro contingere in votis personalibus obligationem factam pro uno die in sequentem protogari, in votis autem realibus facilius potest prælumi intentio protogandi obligationem, & quod videatur non solum attendi religiosum seruitum, sed etiam necessitatis alienius remedium, quod semper habet eandem opportunitatem. Quapropter Medina 1.2. q. 88. art. 4. ad 17. Ledesma 1.2. summa tr. 10. c. 3. dub. 1. & multis relatis. Garcia de beneficii 3. part. c. 1. n. 17. sentiunt in votis realibus obligationem in sequentem diem semper protogari; credo tamen sic præsumi, dum aliter non constat, constaret autem si in honorem Dei Genitricis promissa esset eleemosyna danda singulis Sabbatis, vel in eius festiuitatibus, non enim ad sequentes dies transiret, sed eodem modo iudicandum esset de tali eleemosyna, ac de ieiunio, tunc promisso. Huc vñque Castrus Palauus. Et iuxta superioris dicta interpretanda, & intelligenda sunt eas, quæ docui in 3. part. tr. 5. refol. 24.

## RESOL. XV.

An vovens omnibus circumstantiis attentis, dubius ma-

Tom. VIII.

nens, an votum emissum sit iniunctu temporis, teneatur adimplere, v.g. votus que ieiunatur, vel Missam auditurum certa die pro animabus Purgatorij; atque à Deo, eo die impeditus fuit, an teneatur altero die ieiunare, Missam audire, Communionem facere, &c?

Ex part. 3. tract. 5. & Misc. 1. Ref. 26.

Sup. cõtentio in sepiem primis lin. huius textus in Ref. præterita lege a medio §. vers. in votis autem. & alias ref. ius not. Et pro difficultate con tentia à lin. 8 huius textus infra ex ref. 18. lege §. Ex his. & alios §§. eius notationum & §. vlt. di. & ea ref. &c.

§. 1. Hæc quæstio est satis practicabilis, v.g. votus qui certa die ieiunatur pro animabus Purgatorij, atque eo die impeditus fuit, an teneatur altero die ieiunare? Respondent aliqui negativè, vñquendit intentio fuit cum dependentia à tali die ob peculiarem rationem; feus autem si fuit simpliciter propter ieiunium, & deinde speciatim tali die. Difficultas vero est, quando vovens dubitat, an emiserit votum cum hac, vel illa intentione; & in tali casu teneri ad votum putat Azorius tom. 1. lib. 1. c. 15. q. 21. quem sequitur Sanchez in summa tom. 1. lib. 4. cap. 14. n. 31. & rationem adducit, co quod obligatio voti sit, & sic votum est in possessione.

2. Sed mihi contraria sententia placet, quam tuentur Caletanus in 2.2. q. 88. art. 21. in fine, & nouissime Paulus Layman in Theolog. lib. 4. tract. 2. c. 2. n. 3; nam votum in dubio strictè interpretandum est.

3. Ad argumentum vero Sanchez respondet, quod licet ita vovens sit certus, sc. v.g. ieiunium, vel Missam vovisse tali die, dubius tamen est, an absolute, seu independenter à tali die ieiunium, vel Missam vovere intendit. Ergo in tali dubio pro libertate ipsius voventis presumendum est.

## RESOL. XIV.

An qui vovit se aliquid fallatur, si alius sibi consuluerit, teneatur ad votum si imprudenter is, qui consuluit, rem promissam consulat?

Sed quid est dicendum in sequenti casu: an facias contra votum de Religione sumenda sub conditione paternæ consensus, si de facto procures precibus & rationibus, ne consentias?

Et quid si per vim & fraudem consensus impediretur?

Idem est, si votum sub alterius consilio effet emissum?

Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 4.

§. 1. Affirmat responder Sanchez in summa, to. 1. lib. 4. cap. 23. num. 56. & post illum Fagundez in Decal. tom. 1. Præcep. 2. lib. 2. cap. 30. num. 18. vbi sic ait: [ Denique, si veritate sincere narrata, ille contrarium consuluit, sive prudenter, sive imprudenter, & ex ignorantia consuluerit, liber manet vovens à voti obligatione, quia defectus conditio. Et è contrario, si imprudenter rem promissam consuluerit, manet obligatus voto: quia ille non se obligavit ad alterius consilium sequendum in eo calu, quod effet conformè prudenter; sed ad id, quod ipse consuluerit, qualitercumque consuluerit; nec se obligauit ad aliud, nisi ad huius consilium petendum, & sequendum; & quamus semel præstitum, illud postea renocet, nihil proderit: quia de primo consilio ea conditio intelligitur: sicut conditio, si alter volunt, intelligitur de prima voluntate, vt supra diximus.] Ita ille. Sed hanc sententiam putat Trulench in Dec. 1.1. lib. 2. c. 2. dub. 17. n. 27. tenendam esse, quando constat de intentione voventis nam, si non cōstat, existimat, virtualliter tantum se obligare ad sequendum consilium, si prudenter datu sit locutus autem minime.

2. Sed quid dicendum, an facias contra votum de Religione allumenta sub conditione paterni consensus; si de facto procures precibus & rationibus, ne consentias? Respondet, contra votum non esse: qui hæc consensum paternum absolute non impeditus; siquidem ille plene superum liberum ad consentiendum relinquunt. Esset autem hoc.

E 3 contra